



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Ministro Ordinis. Cap. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**



Pontificalibus, &c. tamen, quia de his, & similibus alibi actum est, hic solum proprius locus est agendi, Quosnam Fideles possit licite Episcopus promovere. At quia certum est, non posse, nisi suos; cum ex Sacris Textibus non liceat quempiam ordinari, nisi à proprio Episcopo; ideo hic solum superest querere, quisnam nomine proprii Episcopi, intelligendus sit?

1. *Trid. sess. 6. c. 3. de Ref. & sess. 14. c. 1.* non posse, nisi suos; cum ex Sacris Textibus non liceat quempiam ordinari, nisi à proprio Episcopo; ideo hic solum superest querere, quisnam nomine proprii Episcopi, intelligendus sit?

2. Respondeo, in aliis materiis intelligitur ille Episcopus, in cujus Diocesi habet quis fixum domicilium: at vero in materia Ordinationis aliquanto latius accipitur nomen proprii Episcopi, Bonifacius enim Oñavus, qui nec expressè, nec tacite revocatus fuit à Tridentino, quicquid aliqui dicant, vel certe, etiamsi fuerit à Tridentino revocatus, revocatio tamen est abrogata ab ipso usq. omnium Ecclesiarum, & Episcoporum, juxta dicti Bonifacii dispositionem, quotidie operationem: Bonifacius, inquam, generaliter sic rem hanc disponit, ut velit neminem posse ordinari, etiam prima tonsura, nisi ab Episcopo, qui propriè sit suus, vel ratione Originis, vel ratione Beneficii, vel ratione Domicilii.

3. Non deest tamen duplex exceptio. Prima, habetur in Tridentino, in favorem Familiarum Episcoporum, ut scilicet Episcopus Diocesis possit ordinare suum non subditum, qui per triennium cum ipso fuerit commoratus, & cui statim Beneficium conferat. Dixi (Episcopus Diocesis) nam id omnino negatur, à Episcopo Titulari Diocesim non habenti. Quod autem familiari huic, saltem intra decem dies, debeat Episcopus beneficium conferre. Quod hæc concessio extendatur etiam ad famulos talium familiarum, Quod triennium debeat esse continuatum, Quod numeretur, etiamsi inceperit ante collationem Episcopatus. Quod servitium debeat fieri Episcopo præsentem, non auspensi, si tem distant, sunt quæstionculæ, notatæ à Doctoribus & apud Leandrum.

4. An huic non subdito, sed familiari possit conferri beneficium ex titulo familiaritatis dispensat in interstitiis dicam infra.

5. Secunda exceptio habetur in jure, in quo conceditur, Clericos posse promoveri ad Ordines à vicinis Episcopis sine proprii Episcopi licentia, quando hic proprius notoriè ordinavit alienos subditos sine licentia pro-

priorum Episcoporum. Lege Suar. i & Castropal. & de his, & similibus. Sed jam separatim illustremus illa tria allata à Bonifacio Octavo.

### PROPRIUS EPISCOPUS RATIONE Originis.

6. Afferò Primò, Antonium posse ordinari ab Episcopo v. gr. Panormitano, si ipse natus sit in Panormitana Diocesi (& ejus parentes ibidem habuerint fixum domicilium eo tempore, quo Antonius natus est. Hæc est certissima assertio: hoc enim permaximè esse subditum ratione originis.

7. Idem est, si postquam Antonius in hac Diocesi est natus tempore, quo ejus parentes in eadem degebant, postea iidem in aliam Diocesim se transfulerunt. Ratio est manifesta, quia translatio parentum, postea facta, non potest auferre jus nativitatis acquisitum à filio.

8. Sed quid, si Antonius natus est in hac Diocesi, dum parentes ipsius hic domicilium non habebant, sed erant in transitu, causa itineris v. gr. vel alterius negotii: eritne Antonius existimandus hujus Diocesis?

9. Respondeo. Nonnulli, in esse existimandum, dicunt, & quidem probabiliter, sed probabilius id alii negant, quia ex una parte fortuita nativitas non videtur sufficere, ut per eam quis dicatur habere originem ab ea Civitate, ubi, sic per accidens, nascitur: & ex alia parte, in re, ubi disceditur à jure communi hæc est verborum interpretatio facienda. Sane Medulla p. Theologica citans Diamnam, sic habet: *Studiosi, qui in Univeritate habitant, etiam ultra Decennium, animo redeundi in Patriam non contrahunt ibi domicilium, atque adeo ab ejus loci Episcopo ordinari non possunt: immo, si ibi ducant uxorem, nec filii eorum: sicut enim is non dicitur Episcopus domicili respectu Patris, ita nec Episcopus originis respectu proles, qua nata fingitur in domicilio Patris.* Hæc ibi.

10. Hæc tamen omnia licet probabiliter, non tamen sententiam faciant, non tamen rem à sua probabilitate dejiciunt, nam in communi existimatione, communique hominum usu, qui alicubi nascitur, illius loci sit multo dignior. Unde, quod mavis, tutò sequere.

11. Adf-

11. Affero Secundo, probabile esse, alium quem posse ordinari in Civitate originis paternae, hoc est promoveri licite posse prædictum v. gr. Antonium ab Episcopo Panormitano, si ejus pater natus, & fixus commoratus sit in Panormitana Diocesi, tamen ipse Antonius natus sit, & sit commoratus in Diocesi aliena, & affero item probabile esse non posse. Ratio prioris probabilitatis est, quia illud (ratione originis, seu esse oriundum, seu originarium) de quo loquitur Bonifacius, significare id debet, quod significatur in jure, & in jure, per hæc vocabula, significatur, aliquem computari in civem illius Civitatis, in qua natus est pater; ergo, &c. Ratio probabilitatis posterioris est, quia: spectanda est origo propria, non verò paterna cum vox illa oriundus, seu origo [sæpissimè significet idem, quod significat vox] ortus, seu nativitas.

12. Ex prior probabilitate infero Machin. lo.c. cit. non esse subreptitiam dispensationem, si quis exposuit, se esse oriundum ex tali Civitate, cum tamen ipse sit ortus alibi, sed pater ejus erat natus in Civitate illa, ibique domicilium habebat; sed de hac illatione, valde dubito, præsertim in Dispensationibus matrimonialibus, quæ hodie, ut suo loco dicemus, diriguntur expediendæ ad determinatum Ordinarium loci nativitatis dispensandi.

13. Doctores autem prædicti, qui affirmant, originem patris sufficere, notant, se loqui de filiis, legitimis, nam illegitimi non sequuntur nativitatem patris, sed matris, unde hi non possunt ordinari ab Episcopo Civitatis originis patris, sed matris. Nam licet, ut advertit Castropal. d in hac materia Ordinum, non spectetur origo matris sed patris; tamen, quando filius est naturalis, cum pater soleat esse minus cognitus, origo matris inspicitur. In expositis verò, quando nescitur origo paterna, vel materna, subrogari, ait, locum expositionis; quod ultimum docetur etiam communiter apud Metollam, & Gratianum, f. alioque.

14. Affero Tertio. Quamvis nonnulli, propter rationes modò dictas de patre, extendant idem ad Avum, posse scilicet ordinari quempiam in Diocesi, ubi ejus Avus natus est, tenendum tamen est cum aliis, h. nequa-

quam posse, nam secus nimis extenderetur h. Trull. l. ejusmodi potestas contra dispositionem Sacrorum Canonum volentium cuicumque Episcopo suos fines præscribere.

5. Hic se offert dissolvenda quæstio, de qua superioribus diebus disputatum Panormi fuit. Solent nonnulli ex civibus Montis Regalis suos infantes Panormum, non plus, nec DD. quam quatuor circiter milliaribus à Monte defendere Regali distantem, asportare, ut ibi Sacrum non sufficiens Baptismum suscipientes, veluti; sic Civitate cere originati, potiri deinceps Panormitanis Privilegiis possint, an jure, ipsi viderint. Quoniam ergo diversæ hæc sunt Dioceses quidam ex his Panormi baptizatus, sed natus Montis Regalis, ex Montisregalensi patre, Ordines postulavit ab Archiepiscopo Panormitano tanquam ejus subditus, legitimè voti compos fieri potuit?

16. Ostendi ego iis, qui id sciscitati sunt Leandrum si id concedentem his verbis: Qui i Leand. in una Diocesi est natus, in altera baptizatus, in tertia habet domicilium, in quarta Beneficium, q. 7. citans optimè potest à quolibet ex his Episcopis ordinari, c. cū nullo vel ad id literas Dimissorias accipere.

17. Verum, quamvis hunc Auctorem ostenderim, dixi, nulla ratione esse approbandum.

I. Quia ratione solius Baptismi, non potest quis dici originarius, seu habere originem, seu ortum in aliqua Civitate, propriam originem enim dat nativitas temporalis, non spiritualis.

18. II. Quia nunquam legitimus hujusmodi prærogativam faciendi civem alicujus loci, soli ipsi Baptismo fuisse concessam.

19. III. Quia nemo daret legatum relictum civibus, seu naturalibus alicujus loci, si solum ibi quis fuisset baptizatus, nam si daret, utique veris naturalibus injuriam faceret.

20. IV. Quia rectè sic ait Trullench. k Quod Baptismus det originem, intellige em, modo non constaret in individuo de loco, ubi quis natus est.

21. V. Quia ex hoc dicto Trullenc. puto, illos, qui concedunt Baptismo effectum, originem dandi Fidelibus, solum velle; pro foro externo ex Baptismo probari, vel præsumi nativitatem, nam cæterum pro foro interno, & pro externo, quando constat, alibi fuisse

Tanburinus de Sacramentis.

C. 1. de  
Temp. Ord.  
c. 6.  
Suar. d.  
Censur. d.  
l. 9. in  
Divers.  
juris Rub.  
9. c. 8. n. 4.  
aliquæ a-  
pud Lean.  
l. c. 9.  
Dian. p. 4.  
tr. 4. ref.  
148. affe-  
rens de-  
clarat. Sac.  
Congreg.  
Trullenc.  
multis id  
probans de  
Ord. l. 6. c.  
unic. sub.  
7.  
b. Quar. d.  
in V. Ord.  
§. Quo ad  
Tertium.  
Rodrigue.  
Graf. Tu-  
si. alique  
apud Le-  
and. l. c.  
cl. Aluip.  
ff. ad Mu-  
nicipalia.  
L. libertas  
C. de Mā-  
cipi.  
d. Castrop.  
l. c. p. 15. n.  
2. Versu  
Dici ma-  
tri.  
e. Meroll.  
lo. mox ci-  
tando.  
Gratian.  
lo. mox ci-  
tando.  
e. Lean.  
d. 8. de Or.  
q. 10.

h. Trull. l.  
c. num. 5.  
Mar. hin.  
de Ordine  
tr. 1. p. 5. c.  
6. n. 2. di-  
mi. cens om-  
nem DD.  
defendere  
suffi-  
nem Arvi-  
de temp.  
Ord. in 6.  
Sanch. de  
mat. l. 3. d.  
23. nu. 1.  
Philiber.  
March. tr.  
1. de Ord.  
p. l. 5. à c. 5  
G. Hur. de  
Or. diff. 17  
Sayrum.  
Formac.  
Machado  
alios ci-  
tam.  
k Trull.  
l. c. nu. 3.

nativitatem, procedere non potest illa doctrina, & certe omnis sanæ mentis homo id etiam sentiet in Privilegiis quoad temporalia, nisi expressè, vel ex æquitate quadam, quam mox dicam, id Baptismo concedatur à Principe, quamvis aliquid plus videatur concedere Gratianus citatus mox num. 24.

22. VI. Quia volui oculis meis recolle e Cap. Cum nullus, citatum à Leandro, & Sanchez, Marchinum, Hurtadum ab eodem pro ejus sententia item citatos, & ne verbum quidem de Baptismo. Unde alios, quos ipse citat videre nolui, nam etiam si rem dicerent, non rectè dicerent.

23. VII. Quia bene distinguit Merolla, a Id, quod fortè Doctores, quando videntur diversimodè loqui, conciliabit. Advertendum (inquit) gaudere predictis Privilegiis, ut civem originum, Infidelem baptizatum Neapoli, quia tunc Neapoli dicitur renasci. Idem decijum fuit pluries in eadem Regia Camera. Hoc autem limitant aliqui, nisi fuerit baptizatus Neapoli in fraudem, ut originem consequeretur. Ita Stephanus, b Gratianus. Hæc Merolla. Vides, ex æquitate concedi Infideli hic baptizato, fieri hic civem: idque fortasse, quia nescitur non tarò ejus origo, vel, si scitur, eum suam patriam reliquerit, in favorem fidei æquum est, ut ea, in qua baptizatur, civitate donetur. Vides item in casu, de quo nos agimus, cum adsit aperta fraus consequendi originem, locum ejusmodi æquitatem non habere?

24. Audiamus, & Gratianum. Per Baptismum (ait, loco citato) quis efficitur Civis, & acquiritur origo, quam sicut habemus per nativitatem temporalem, tanquam magis propriam ita per Baptismum, qui dicitur nativitas, & per eum homo denuo nascitur, sive loquamur quoad spiritualia, & beneficalia, sive temporalia. Intelligendo, cessante fraude; nam si quis in aliquo loco baptizetur per aliquem, ut acquireret originem illius loci, reputabitur nihilominus pro extraneo, nec diceretur civis in præjudicium aliorum. Ita in specie concludit Gonzales. d Hæc Gratianus.

At in casu nostro, & fraus est, & præjudicium foret Archiepiscopi Montis Regalensis, si prædicto, de quo loquimur, Ordines concederet Archiepiscopus Panormitanus.

Sed hæc contra meam consuetudinem nimis fortasse multis.

PROPRIUS EPISCOPUS RATIONE Beneficii.

25. Affero, quemlibet ordinari licitè posse ab Episcopo; in cujus Diœcesis habet is Beneficium Ecclesiasticum, nam per Beneficium fit ei Episcopo subditus.

26. Inquires. Quid Primò, si Beneficium sit simplex, nec residentiam requirar.

Quid Secundò, si quis habeat ibi pensionem?

Quid Tertio, si quis habeat duo ibi Beneficia, alterum in una, alterum in altera Diœcesi?

Quid Quarto, si Beneficium sit admodum tenue?

Respondeo ad Primum, affirmativè, quia Bonifacius Octavus non requirit residentiam.

Ad Secundum, negativè, quia idem Bonifacius Beneficium requirit, Penso autem Beneficium non est.

Ad Tertium, dicam mox numero trigesimo quarto.

Ad Quartum, affirmativè, s'ajo enim sufficere ad constituendum te subditum Episcopo, si in ejus Diœcesi possideas Beneficium quamvis tenuissimum, quia Bonifacius non requirit, nisi Beneficium; at profectò Beneficium tenuissimum Beneficium est. Ne tamen obliviscaris, ut actu Ordines Sacros suscipias, te debere etiam supplere de Patrimonio, quod necessarium erit ad honestam sustentationem tuam.

27. Non me latet, Barbosam g requirere, ut Beneficium saltem afferat octo, vel quatuor senta singulis annis, & aliquos h requirere, ne adsit fraus, qualis esset, si fundares Beneficium tenuè in aliena Diœcesi, ut illius deinde compos, ibidem iniretis; id enim (ajunt) fiet in præjudicium alienæ jurisdictionis. Non me, inquam, hæc duo latent, sed ego sequor alios hæc non requirentes: Nam quoad primum, jam dixi, etiam tenuè, Beneficium esse: Quoad secundum verò, non est fraudulentus is, qui utitur eo stratagemmate, quod nullo jure prohibetur. Non sic in casu de Baptismo: de quo modo dixi numero vigesimo quarto; Nam Baptismus non nisi improprie, & ex æquitate dat nativitatem, Beneficium verò tenuè cum vere, & propriè.

a Meroll. T. 3. dif. 6. exp. 6. dub. 3. diff. 5. n. 180.

b Grat. To. 1. discip. Foren. c. 75. à n. 16.

c c. Delitium de Baptis.

d Gonzal. ad Reg. primam Canceel. glossa 9. s. 1. nu. 108. juncto n. 313.

Marginal notes on the right side of the page, including references to other works and authors like Merolla, Gratian, and Gonzales.

Beneficium sit, dat esse proprie Beneficia- tum illius Diocesis, in qua est Beneficium.

28. Illud profus non potui annis hisce superioribus approbare. Quidam ex iis Theologis, qui solum Scholasticam profitentur, parum (ut animadvertere potui) in Morali, & in Canonibus Sacris versatus, contendebat, posse a Laico extraneo fundari in aliena Diocesi Beneficium, quod eidem statim conferretur, nam sic redditus ratione Beneficii subditus, poterit (ajebat Theologus) in illa Diocesi promoveri.

29. Dixi, ejusmodi doctrinam procedere ex modica jurium notitia. Jura omnia clamant, ut nullus sit capax Beneficii Ecclesiastici, nisi habeat Tonsuram, ut supra, nos etiam docuimus. Si ergo Laicus, de quo est sermo, adhuc, post fundatum Beneficium, est Laicus, qua ratione poterit ipsi valide conferri illud, vel quodcumque aliud Beneficium? Nullo modo: & consequenter qua ratione subditus & redditus in illa alia Diocesi ratione Beneficii, quod Beneficium cum nulliter habeat, nullum habet? Hanc solidam doctrinam prius me docuit praedictus discur- sus (sancere loquor, non mentior) sed deinde inventi subobscure indicatam a Thoma Sanchez, & Averla. b

PROPRIUS EPISCOPUS RATIONE Domicilii.

30. Affero Primò, quemlibet posse ordi- nari ab Episcopo, in cujus Diocesi habet actu fixum domicilium, hoc est, habet ibi habitationem actualem cum animo ibidem perpetuò manendi. Quod si soleret quis perpetuò aflare in una Diocesi, hinc in alia, quasi aequaliter, habitare, sanè is diceretur ha- bere duplex fixum domicilium, & ab utro- que Episcopo posset promoveri, ut notat re- cte Marchinus. c

31. Dicitum est (perpetuò) nam duplex do- micilium distinguunt Doctores. Aliud, in quo quis actu habitat, & in eodem habitare perpetuò intendit, aliud, in quo majore so- lum parte anni intendit habitare: illud appel- latur verum domicilium, hoc, quasi domici- lium. Qua distinctione praè oculis habita, do- cemus, licet pro receptione aliorum Sacra-

mentorum, sufficiat quasi domicilium, vel, pro aliquibus Sacramentis necessariis, quali- bet habitatio; at pro receptione Ordinum, qui requirunt maximum deiectum, & perso- nae cognitionem, docemus, inquam, requirit verum, & fixum domicilium. Quare, qui multos annos, etiam decem, etiam viginti, etiam centum proposuit alibi commorari, si expresse, vel tacite habet animum redeundi in patriam, cum sic non dicatur habere ibi fi- xum domicilium, non poterit in conscientia ab illius loci Episcopo promoveri.

32. Quoad forum autem externum, puta, ut ab Episcopo tu alibi natus admittaris ad Ordines, tanquam in ejus Diocesi domici- lium habens, debes testibus, probationibus, & conjecturis animum tuum ibi perpetuò ma- nendi probare. De quibus probationibus te- ge Menochium, d Castropalaum, e & brevi- ter alios citantem Bonacinam. f

33. Affero Secundò, te habentem hic do- micilium, & alibi v.g. Neapoli Beneficium, posse unum g Ordinem ab hoc Episcopo, al- terum a Neapolitano, vel omnes, ubi magis tibi placet ab alterutro recipere, quia semper recipis a proprio Episcopo.

34. Idem ergo erit, si habeas duo Benefi- cia in duabus Diocesibus, quia jam, ratione illorum, duobus es Episcopis legitime subdi- tus.

35. Affero Tertio, non esse improbabile, Barones, h ut etiam Senatores; qui sunt per- petui Officiales Principis, eorumque filios, in suis Villis, Oppidis, Civitatibus posse reci- pere Ordines ab Episcopis talium locorum, quamvis ibi nati non sint. Ratio est, quia ra- tione domini, vel dicti officii, quod ibi ha- bent, computantur non quidem, ut Cives; id enim negat Textus, i sed, ut partes illi- us populi, ubi ea officia perpetuò exercent, atque aded com- putantur inter k ha- bentes ibi do- micili- um.

d Menoch. de arbit. l. 2. ca. 16. 86.  
e Castrop. de Ord. d. 11. p. 15. n. 3.  
f B. mac. de Ord. d. 8. q. 11. p. 4. a nu. 11.  
g Ricc. in praxi de Ord. dec. 304. c. 205.  
Iyr. Cour. in praxi disp. lib. 4. c. 5. nu. 32.  
Arve de Ord. q. 3. sec. 6.  
Verf. Ter- tius mo- dus.  
Maran. l. c. p. 4. ref. 4. contra nonnullos.  
h March. tr. 1. p. 5. c. 7. n. 15. c. 16. alios citans.  
i L. Civ. C. de Inco- lis l. 10.  
k L. Sena- tores cod. tit. de In- colis.